Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26488
Copyright: Admont, Benediktinerstift



33

que semp libera. et numquam cogi potest. merito apostolus iudicatur
ea necessitate semp libera est. Vbi enim necessitas ibi non est libertas
ubi non est libertas nec uoluntas. et ro nec meritum. Preterea sci
endum est quod libertas arbitrii solum ad futuram se habet. quod enim in presenti est
non est in potestate nisi ut te sit. tunc non sit. si uero futuro
se ita habeat. libertas in potestate liberi arbitrii est. nec ad futuram
omnia se habent si ad ea tantum que possunt fieri. et non fieri. Hoc ita
dum est quale fuerit ante peccatum. et possunt notari in homine
tria. status ubi ante. dum peccatum a bono nichil impediebat. ad
malum nichil impellebat. te sine errore rato iudicabat. sine difficultate bonum appetebat. Post peccatum uel ante quam per gratiam sit
reparatum. premitur a concupiscentia. iuuantur post reparationem
ante confirmationem que erit in futuro. premitur si non iuuantur
post confirmationem nec poterit uinci nec premi. Est nacq; triplex liber
tas a necessitate: a peccato. a miseria a necessitate: et ante pecca
tum. et post peccatum equaliter liberum est. sic enim tunc cogi non po
terat. ita nec modo hi libertas equaliter est in omnibus; nec minor in
malis. quam in bonis. tam plena post peccatum sicut ante peccatum
Est alia libertas a peccato. sed de qua dicit apostolus. Vbi spiritus domini. ibi libertas
et alibi. cum seruiebatis peccati liberi fuistis iustitie: nec aliubi a peccato. seruus autem facti dei habetis fructum uestrum in sanctificatione: Istam libertatem homo peccando amisit. et hoc est quod augustinus dicit homo
male utens libero arbitrio se perdidit et ipsum non est amissa libertas a necessitate. si libertas a peccato. quia enim facit peccatum seruus
est peccati. hanc libertatem que est a peccato. illi soli habent quos
per gratiam reparantur: non quod penitus sine peccato sint. si quia non dominatur eis peccatum et hoc proprie appellatur libertas. In malo faciendo. non dicitur proprie libertas arbitrii quia ratio discordat ibi a uoluntate: Iudicat nacq;
ratio non esse faciendum quod uoluntas appetit. In bono concordat ratio
uoluntati eique non contradicens seruit. Vnde dicit augustinus in enchiridion. Ipsa autem est uera libertas propter recte faciendi licentiam. et pia
seruitus propter precepti obedientiam. et ita apparet quod in bonis et
in malis uoluntas libera est a necessitate si in solis bonis est libera
a peccato. Vnde augustinus in libro de gratia et libero arbitrio Semper in nobis libera
uoluntas. si non semp est bona. Aut enim iustitia libera est cum seruit peccato. et tunc est mala. aut peccato libera est cum seruit
iustitie et tunc est bona. Est tum libertas a miseria. de qua in
quit apostolus. et ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis
in libertatem gloriae filiorum dei. hanc libertatem in presenti ita
nullus habet. potest ho enim in presenti ita esse liber a peccato. quia